FK 32a, 19

Ye 3412

a (X2044405)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

A. d. Bibliothek des Thüring.-Sächs. Geschichtsvereins.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

RECTOR ET CONSILIUM
ACADEMIÆ VVITTEBERGENSIS
PUBLICUM.

CRaſtina dies ob adventum Principis feſta ac ſolennis eſt, & vitam adeò moresqve ſedatos poſtulat, ac ſui qvemqve officii admonet, Vos maximè, Cives, qvorum ſtudia tuetur ipſe & fovet, ac priſtinam dignitatem, hisqve temporibus longè difficilimis, & planè turbidis tranqvillitatem conſervat. Qvod beneficium qvia maximum eſt, ingrati ſitis, niſi nobiſcum agnoſcatis qvotidie, & laudibus feratis aſſiduis, omnemqve induſtriam & vires eò impendatis, ut ſentiat Princeps pietatem, & collaudet ſanctisſimam voluntatum animorumqve conſenſionem. Qvam non modò omnis vitæ honeſtæ ratio, ſed etiam veræ laudis, qvæ ex literis paratur, poſſeſſio reqvirit, & æqvale ac compoſitum vitæ genus, cujuſmodi veſtrum eſt, decet, atqve omni loco & tempore ætatem liberalem ornat, eò magis, cum venerabilis Principum aſpectus movet, atqve in ſuam venerationem oculos convertit. Nam & ii, qvos nulla humanitas imbuit, reverentur Principes ſuos, & venientes excipiunt comiter, ac genibus advoluti colunt, & conſtantis obſeqvii ſignificatione venerantur. Qvanto plus ſummo Principum JOHANNI GEORGIO II. debemus, cujus propenſæ in hanc Academiam voluntatis multa illuſtria ac minimè dubia documenta ſunt, qvippe qvòd aliter, qvàm Parens noſtri ordinis curam agit, ac dum provincias ſuas obit, & providet, qvæ è republica ſint, ſæpe huc cum magnifico aulæ comitatu venit, ut qvanti literas faciat, nunqvam ab ingenio ſuo diſſentiens oſtendat, ac in ætatem moresqve omnium decorâ gravitate intueatur. Neqve eum tædet curæ, qvam pro ſalute hujus Academiæ ſuſcipit, & inter labores, qvos intelligitis eſſe arduos, ſciſcitatur ſubinde de fortuna noſtra, ac proſpicit commodis omnium, & reficit identidem afflictas res, atqve hoc agit diligentisſimè & curat, ut ab omni inopia & bellorum calamitate defendamur. Qvapropter vos monemus ac hortamur ſeriò, ut hoc tempore, qvo Principis aſpectu præſentiaqve fruimur, nil temere ac indecorè faciatis, verentes, ne, ſi aliter fiat, de vobis exiſtimari haud optimè, & multò ſecus, qvàm de liberalibus hominibus, cogitari poſſit. Præcipuè, qvia Princeps ipſe hoc præcipit, atqve Vos eo animo & doctrina vult eſſe præditos, ut ſibi ac poſteritati ſtudiorum fructus pariatis, atqve ita hic degatis, ut virtuti probitatiqve vos totos tradatis, & non corruptelarum ac probroſæ licentiæ, ſed laudabilis induſtriæ monumenta relinqvatis. Omninò enim juſtum eſt, & partibus Veſtris convenit, ut beneficiorum, qvæ à Principe in nos extant, memoriam omni pietate colatis, & vota ad DEUM faciatis, ut in ſalute atqve incolumitate ejus perfugium miſeriæ publicæ, & præſidium ſolicitudinis noſtræ diutisſimum habeamus. Qvi contra faxint, DEO, & qvi temere illiberaliterqve aliqvid admiſerint, nobis pœnas pendent. Sub ſigillo Academiæ P P. XXX. Junii A. cIɔ Iɔc LXXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74012-p0002-2

FK Ye 3412
FK 32a,19
Ye 3412
a (X2044405)
BIBLIOTHECA PONICKAVIANA
A. d. Bibliothek des Thüring.-Sächs. Geschichtsvereins.
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74012-p0003-7

FK Ye 3412

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74012-p0004-3

CONSILIUM
VITTEBERGENSIS
LICUM.

vitam adeò moresqve ſedatos poſtulat, ac ſui qve axi-
lignitatem, hisqve temporibus longè difficilimis, tem
itis, niſi nobiſcum agnoſcatis qvotidie, & laudib in-
, & collaudet ſanctisſimam voluntatum animorum non
literis paratur, poſſeſſio reqvirit, & æqvale ac cor nodi
agis, cum venerabilis Principum aſpectus movet, a ocu-
pes ſuos, & venientes excipiunt comiter, ac genibus ob-
NNI GEORGIO II. debemus, cujus propen tatis
ens noſtri ordinis curam agit, ac dum provincias ſu ubli-
nunqvam ab ingenio ſuo diſſentiens oſtendat, ac i de-
jus Academiæ ſuſcipit, & inter labores, qvos i tur.
ntidem afflictas res, atqve hoc agit diligentisſimè & bel-
nur ſeriò, ut hoc tempore, qvo Principis aſpectu eme-
d optimè, & multò ſecus, qvàm de liberalibus ho Præ-
ult eſſe præditos, ut ſibi ac poſteritati ſtudiorum de-
c probroſæ licentiæ, ſed laudabilis induſtriæ mo ninò
incipe in nos extant, memoriam omni pietate col acia-
eſidium ſolicitudinis noſtræ diutisſimum habeamus EO,

Sub ſigillo Academiæ PP. XXX. Junii A.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-74012-p0005-8